

Q. D. B. V. 1710, 5
22
DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
FEUDI ACQUISITIONE ET
AMMISSIONE
32.
31.

Quam
DIVINA AUXILIANTE GRATIA
RECTORE HUJUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO

PHILIPPO VVILHELMO,
S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,

SACRAE CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO & CAMERARIO,
nec non METROPOLITANARUM ECCLESiarum, MOGUNTINÆ & TRE-
VIRENSIS CANONICO CAPITULARI SENIORE, & respectivè
SUPREMO CHORI-EPISCOPO,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO INTI-
MO ac CIVITATIS TERRITORIique ERFURTENSIS PRO-PRINCIPE, &c. &c.
DNO NOSTRO GRATIOSISSIMO,

CONSENSU ET AUTORITATE AMPLISSIMI
JCTORUM ORDINIS
IN ALMA AC PERANTIQUA ELECTORALI ERFURTensi ACADEMIA,
SUB PRÆSIDIO

DNI ERNESTI TENTZELL,

J. U. D. P. P. FAC. JUR. pt. DEC. nec non JUDICII ELECTO-
RALIS MOGUNTINI PROV. ASSESSORIS ET SYNDICK
GRAVISSIMI,
publice exhibebit

JOHANNES MEYER, Magdeb.

IN AUDITORIO COELICO

Ad diem XXIII. Sept. Ann. MDCCX.
horis consuetis.

ERFORDIAE,
TYPIS FICKELSCHERRIANIS.

D 8 A
D 8 A
DISSEQUIA INUCHRAE

ELEID ACQUISITIONE ET
AMMISSIONE

DIVINA AUXILIANTIA GRATIA
EXCERPTA DUCUM IN INSTITUTIS MARCHIENSIS DOMINIO
EXCEPTE DOMINO ET EXCEPTE DOMINO DOMINO

PHILIPPO AVILEMBO.

S.R.I. COMITIS DE GÖNSBURG
SACRA CAVALLIA MAGISTERIUS CONVENTUS & CAMPARIUS
HEC NON METROPOLITANUM BONIFACIUM MONUMENTUM & TUR
ARVENSIS CANONICO CATHOLICO, & ELEGIA
SOPRIMO CLOVIS EMBODI
BUNGENTUM PRINCIPIS ERECTORIS BONIFACII CONSERVATIO INTE
MO & CIVITATIS TERRITORIIS RESTITUTIONIS PRO-INNOCENTI, &c. &c.
DNO NOTARIO GRAVATORI
Concessus & AUTORITATE AMULSI
ICOTORUM ORDINES
IN ALEXAE DE PARVITAMIA MUNICIPIALI ET IN ALZENAU MUNICIPIA
SAB BRÜSIDI

DNI ERNSTI FENTZELI
LUDWIG HADEG DE HAGEN DUDICII ERECTO
KLAUS MODINTHUS TROY, PASSATORIS ET STYNDICI
GRALISTI

JOHANNES MEYER Wittenberg

1713 IN AUDITOKIO OCTOBER
ANNO XXXVII A.D. MDCXII
post undevicesimum annos

TALES HISTORIÆ CHERTRÆ



I. N. J.

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

ACQUISITIONE ET AMISSIONE FEUDI.

PRODROMUS.



S. 1.
Emporis Angustiæ causa tractationem
de feudi acquisitione & amissione,
cursoriam, loco disputationis inaugura-
lis, instituere conatus sum, qua ex
causa, etiam hic in prodromo non ero
prolixus, sed paucis in illo originem,
definitionem & divisionem feudi at-
tingam.

S. 2.
Feudorum originem quod attinet, varix sunt vario-
rum sententiarum, HUNNIUS recenset X, RITTERSHU-
SUS vero XII opiniones, qua ramen omnes ad tres
principias classes non incommodè referri possunt. Nam
alii feuda à Romanis, alii à Gallis, plurimi autem à Longo-
bardis profecta esse arbitrantur. Lupw. in Synop. J. Feud.
pag. 3. Primæ classis interpres fuerunt Bud. eus & alii,
qui feuda ad Clientelas Remanorum referunt, ut vasallus

A 2

Clien-

Clientis, dominus Patroni loco sit. Ne mentionem faciam de Romanorum militibus, quibus agros in provinciis (ita Romanis regiones bello acquisitæ dicebantur) sub lege fidelitatis assignare solebant, & de hominibus, i. e. actoribus, custodibus, procuratoribus, emphyteuticariis, praecariisque possessoribus. *Id. c. l.* In secunda classe fuit **C**ONANUS, qui feudorum morem a Gallis ad Germanos, Hispanos, Italos, & alios Europæ populos venisse putat. *Lib. 3. in Comm. ad Jul. Cesarem.* In tertia & postrema classe plurimi sunt interpres, à Longobardis aliisque Germaniæ populis feuda profluxisse eximantes, qui circiter annum Christi 568 Imperante Justino II ad Instantiam, ut fertur, Narfis, Italianam in vaservunt. **S**TRUV. *Synt. J. Feud. Cap. 1. §. 3.*

S. 3.

De feudorum origine satis sit dictum, jam ad definitionem & divisionem transeundum. Duplex enim est definitio, una nominis, altera rei. In definitione nominis mififice variant Doctores. Quidam a foedere, alii à Germanorum vocabulo antiquo **F**b solarium & **fd** fundus, alii a fide sive fidelitate; & inde hodie appellatio seu salutatio: **Dem vesten und lieben Getreuen/** alii à fiendo, alii à **fd/** quod Germanis & Longobardis bellum ac hostilitas erat, alii à Germanico füden/ quod pascere vel alere denotat, alii à **Vogtēy/** quod præfecturam significat, deducunt. Vox Germanica **Lehn** a vocabulo **leihen/** verleihen/ lehnens/ hinc ein **Dahs-Lehn** derivatur. *Synt. STRUV. J. Feud. Cap. 2. §. 1. n. 1. seqq.* Feudum alio nomine alias etiam vocatur beneficium, privilegium, gratia, & benevolæ actio. Inter varias definitiones rei mihi arridet illa, quam beate defunctus **STRYKJUS in Exam. suo juris feud. Cap. 2. qv. ii.** haber, quod nempe Feudum sit jus in re aliena immobili, plenissime utenda fruenda, alicui ex benevolentia Domini, sub conditione mutuæ fidelitatis constitutum. Vel brevius,

vius. Feudum est concessio dominii utilis, sub lege fidelitatis.

§. 4.

Denique summarie hoc in prodromo, divisionem quæ spectant, adjicienda veniunt. Quomodo DD. in divisionibus feudorum discrepant, satis notum, nam alii quatuor, alii quinque, alii septem, alii octo, alii novem, alii decem, alii undecim, alii duodecim, alii viginti, alii viginti duo, nonnulli ito genera feudorum enumerant. LUDW. pag. 39. Nos cum allegato STRYKIO, Christianæ memoriae, arbitramur, nova feudorum genera novis pactis in duci posse. in General. Capitio 3. n. 1.

§. 5.

Interim feuda a celebrioribus Juris feudalis scriptoribus in duas dividuntur partes, nempe in propria & impropria, vel in recta & non recta. 2. F. 33. 2. F. 48. WESNER. de feudis Cap. 2. n. 1. LUDW. p. 39. STRYK. Cap. 3. qu. 1.

§. 6.

Proprium feudum est, quod propriam feudi naturam habet LUDW. p. 40. Improprium est quod à communi feudorum natura recedit. ID. p. 62. Ad naturam vero feudi pertinet (1) juramenti præstatio (2) Masculorum successio (3) ad servitiam & quidem incerta obligatio (4) alienationis sine speciali Domini consensu denegatio (5) investitura renovatio. (6) feudi, prævia culpa, privatio. (7) Quod saltē in immobilibus consistat. CLAMERVS REDIVIVUS tit. I. n. 7. 8. 9. seqq.

§. 7.

Feudum potissimum proprium variat vel ratione (1) personæ acquirientis (2) rei acquisitæ (3) effectus (4) formæ vel (5) situs. Ratione acquisitionis iterum est vel vetus vel novum, illud subdividitur in antiquum Ein Alt Väterlich Lehn / & Paternum Ein Väterlich Lehn. Ra-

A 3

Ratione objecti feudum rursus est duplex vel ecclesiasticum vel secularis. Ratione effectus feudum est vel nobile vel ignobile sive burgense, illud subdividitur in regale vel non regale. Ratione formæ subdividitur feudum in ligium & non ligium. Ratione situs feudum est vel in curte vel extra curtem. STRYK IUS in Exam. Jur. feud. Cap. 3.

§. 8.

Feudum impropperum est multiplex, pro diversitate conventionis, quæ feudi naturæ per pactum quid detrahit. STRUV. cap. 4. th. 16. Potissimum vero impropriatur feudum vel (1) ratione acquisitionis (2) ratione objecti vel rei in feudum datus (3) ratione servitiorum (4) ratione transmissionis v. STRUV. Cap. 4. th. 8. seqq. WURMS. de feudis Imp. Class. 3. Sect. 5. n. 30.

§. 9.

Ratione personæ acquirentis à propria feudi natura recedit feudum foemininum Weibers oder Schläir. Lehn BESOLD. Thes. pract. voc. Kunkel-Lehn. Item feudum mixtum, STRUV. cap. 4. th. 17. n. 4.

§. 10.

Ratione modi acquirendi ad improppria referunt (1) feudum pignoratitum ein Pfand, Lehen / cum quo non est confundendum quod quis pignoris jure detinet, Pfandes Einhaber ANTON. Disp. 1. th. 7. Lit. G. SCHRAEDER de feudis p. 2. c. 4. n. 57. (2) quod jure retrovenditionis tenet STRYK Cap. 4. qu. 14. minime vero gentium hoc pertinet feudum emptitum LUDW. p. 66. (3) feudum oblatum sive recognitū Germ. Ein aufgetragen Lehn WURMS. Class. 3. Sect. 8. (4) feudum injuratum. LUDW. Cap. 4. p. 65. ZAS. de feud. p. 12. n. 34.

§. 11.

Ratione objecti feudum impropprium dicitur, quod in re mobili consistit, vel usu consumitur. e. g. Lehn Stamm-

Stamm/ feudum soldatæ &c. KÖPPEN Decis. 18. n. 13.
SCHEPLIZ ad confess. March. ill. 25. §. 4. n. 4. seq. CARPZ.
p. 3. C. 30. d. 10.

§. 12.

Ratione servitiorum feudum est impro prium. e.g.
feudum Francum. STRUV. cap. 4. tb. 9, conditionatum,
Censuale, laudemiale, quaternatum, Guardia, Gastaldia,
advocatia, aperturæ &c. WURMS. Cl. 3. Sett. 20. n. 28.
§. 12. Ratione transmissionis feuda sunt impropria e.g.
feuda mere hæreditaria. STRUV. Cap. 4. tb. 12, vel alie-
nabilia WURMS. Clas. 3. Sett. 22. It. feuda habitationis,
Soldatæ, de Camera, de Cavena &c, STRUV. cap. 4. tb. 18,
LUDW. p. 82.

CAP. I.

DE

FEUDI ACQUISITIONE,

§. 1.

 Icet inter feudi constitutionem & acqui-
sitionem plurimi interpretes ac feudista
nullam distinctionem statuant, vid. R O-
SENTH. in tract. suo feudal. cap. 6. concl. 1.
BOCER. cap. 2. n. 20. RITTERSH. Lib.
1. cap. 8. qu. 1. tamen ego veteres JCTOS
imitatus, apud quos aliud est pignus constituere, aliud ac-
quirere l. 26. ff. de pign. atq. & ibi GLOSSA. Itidem
aliud servitutes constituerem, aliud acquirere, illud fieri di-
citur paclis & stipulationibus §. fin. 7. de servit. pred. & s. i. 7.
de usuf. hoc vel determinatione loci, per quem sit servi-
tus, si induxerit in fundum, vel patientia fruendæ servi-
tutis

tutis l. 3. pr. ff. de usufr. l. 1. §. fin. ff. de servit. ruf. præd. l. II.
§. 1. ff. de publ. in rem. act. HUNN. cap. 10. p. 2. Ad eundem modum & feudum alio modo constituitur. e. g. in si multa nea investitura, (qua nuda & cum fundo feuda. li non conjuncta, gaudet tamen, cæteris paribus, vi juris in feudo constituti, spe futuræ successionis,) & alio interdum modo acquiritur, ut investituræ qua traditione feudi conjuncta est, quod accidit in omnibus qui dominium utile possident. item appropriatione, successione, & præscriptione, ne mentionem faciam de in dotem datione, per mutatione & emptione. Illud tamen notandum, contingere interdum, ut modus constituendi cum modo acquirendi in uno eodemque negotio concurrat & unus idemque actus, diversa ratione, & modus constituendi & acquirendi sit, ut in mutuo, item legato fieri videmus in quibus & obligatio contrahitur & dominium transfertur pr. J. Quibus modis re contrahitur obligatio §. 2. Inst. de Legat. WESENB. tr. de feud. Cap. 6. n. 1. Ideo, & propter meliorem connexionem si multaneam investituram inter modos acquirendi referimus.

§. 2.

Antequam vero modos, quibus feudum acquiritur, nempe appropriationem, investitaram, successionem, simultaneam investitoram & præscriptionem, deducamus, de personis qua feudum constituant, & rebus feudalibus, qua acquiruntur aliquid dicendum venit.

§. 3.

Personarum a quibus feudum constitui potest duplex est ordo, vel enim sunt ecclesiasticae vel seculares. Haec enim distinctio Christianorum in Laicos & clericos est perpetuata Tasse TERTULL.

§. 4.

Ecclesiasticae personæ qua feudum constituere possunt, sunt Pontifex maximus, Patriarcha Archiepiscopus, Episco-

Episcopus, Abbas, Abbatissa, Praepositus & Prælatus, de quibus personis videtur de his qui feudum dare possunt. Ratione harum personarum observandum est, quod Pontifex maximus, non sive tantum ecclesiæ & sedis Apostolicæ, sed omnium omnino Ecclesiarum bona alteri in Feudum concedere possit arg. c. 2. v. præter hoc de sent. & re jud. in 6. Quoniam Papa concurrit cum omnibus Prælati in potestate & jurisdictione. c. patet 10. c. nemo 13. c. cuncta 17. caus. 9. q. 3. & tanquam dominus omnium Ecclesiarum, in Ecclesiasticis plenariam dispositionem habet. c. licet 2. de præbend. in 6. Id tamen in rebus magni valoris sine consensu Cardinaliū non procedit Zas. p. 5. n. 44. CURT. Jun. er. feud. p. 2. q. 11. n. 5. Reliquæ vero personæ Ecclesiasticæ non nisi sive Ecclesiæ bona intendare possunt; idque non aliter, quam si antiquitus Ecclesiæ illius mos fuerit, ut Prælati feuda darent, & præterea quoque in feudum dari solitæ sint i. e. feudum antiquum fuerit c. quia pr. 1. F. 1. Nam res alias, quæ nunquam in feudum concessæ sunt, Prælatus solus in feudum dare nequit, ut infra pluribus doceo.

§. 5.

His autem quæ dicta sunt valde obstat videtur, quod dicitur i. F. 6. ubi videtur prohiberi clericis, ne dent res Ecclesiasticas in feudum. Verum hoc nonnulli de Mediolanensi Ecclesia in telligunt, alii de aliis, qui res Ecclesiæ dilapidant, & proinde in feudum dare prohibentur eas. arg. c. ult. Extra de accusat. vid. STRYK. c. 5. qv. 5.

§. 6.

Laici sunt Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, Baro, Nobilis, imo & Plebejus ac foemina Horom. ad c. investitura 2. F. 3. ibique Cujacius.

§. 7.

Imperator feudum pro arbitrio suo dare posse, extra dubium est. LUDW. p. 105. & ibi allegati DD. & LL. quod non tantum de rebus Patrimonialibus & propriis,

B

sed

sed etiam de bonis Imperii in feudum dari solitis statuēndū. STRYK. e. 5. qv. 10. c. natura de Nat. fēdū. 1. F. 7. c. de Marchia de fēdū. March. I. F. 14. l. prohibere 3. §. plane 4. ff. Quod vi aut clam, Hodie autem feuda majoris momenti, ut Ducatus, Comitatus &c. ad Imperium reversa, Imperator alius concedere sine Electorum consensu non potest CAP. LEOP. Art. 30. Quemadmodum nec subditorum bona propria cuiquam in fēdare. arg. cap. nat. I. F. 7. de natura fēdū. nam non potest eos devestire sine culpa &c. cum Princeps nemini jus suum auferre possit I. 3. C. de re-
scindenda venditione l. si donationem 5. C. de revocand. dona-
ne quidem ob publicam utilitatem vel necessitatem, nisi
refuso pretio arg. l. venditor 13. §. 1. ff. Commun. prædiorum.
GAIL. 2. obs. 56. n. 8. Adde HUNN. tr. fēdū. c. 7. p. III.

§. 8.

Sine dubio etiam Rex qui superiorēm non recognoscit, cujusmodi sunt Rex Galliæ, Hispaniæ, Daniæ, Sueciæ &c. cum superioritate territoriali infēdare potest, qui can-
dem Majestatem & privilegia in regnis suis habent, quæ Imperator in Imperio, imo majori jure utuntur, vel inde cum Regna ad hæredes suos transmittant, Imperator au-
tem ex Electione creetur. AND. de ISERN. ade. quia pr.
n. 11. de his qui fēdū &c. 1. F. 1. ALVAROTT. n. 6. CUR-
TIUS junior p. 2. de fēdū. Laic. n. 6. ZASIUS p. 5. n. 4.
Idem dicendum de Principatibus & rebus publ. indepen-
dentibus CURT. d. 1. n. 8. ARUM. D. 3. tb. 12. § 13.

§. 9.

Sine superioritate territoriali Feuda concedunt ce-
teri Duces, Principes, Comites &c. ab Imperatore vel
Rege omnino & prorsus dependentes, & fallit hic vulgare
illud, Membrum Imperii tantum posse in suo territorio,
quantum Imperator in Imperio, in proposita tamen mate-
ria eatenus hæc regula admitti potest, ut dicamus : Du-
ces, Principes, Comites &c; in territoriis suis feuda sine
ter-

territoriali superioritate æque ac Imp. in Imperio concedere posse. JACOB. de s. GEORG. in verb. & cum p. scat. n. 2. in fine. BORCH. c. s. n. 37. in f. ARUM. D. 3. tb. 14.

§. 10.

De concessione feudi a Nobilibus & Foeminis videantur Feudistæ suis locis.

§. 11.

Res quod attinet quæ in feudum converti possunt, aut sunt soli, vel solo adhærentes, quamvis per se mobiles, ut Fundus & fructus pendentes, Molendina &c. Aut sunt mobiles, quæ tamen inter immobiles connumerentur, ut molendina Navalia. Aut sunt incorporales, quæ tamen loco immobilium habeantur ut jurisdictio, redditus &c. I. jubemus 14. C. de S. S. Eccles. Clem. Exuri §. cum anni reditus de verb. significacione. Aut sunt res vere mobiles, quæ rursus duorum sunt generum. Aliæ enim moventes appellantur, hoc est quæ per se moveri possunt, ut animalia. Aliæ vero mobiles, quæ non suapte, sed aliena vi moventur I. moventium 39. ff. de verb. signif. His ita præmissis sciendum est in feudum dari posse: Res soli, & quæ inter immobiles connumerantur c. I. §. sciendum de feud. cogn. 2. F. I. Quibus concessis, omnia jura cohærentia concessa debent intelligi I. in videndo 66. I. si aqueductus 47. I. fistulas 78. de contrab. empt. Puta jurisdictio, servitutes, molendina, venationes & cum venationibus pescationes &c. BARTOLUS in I. inter ff. de acquir. rerum dominio. JASON. in I. quominus n. 120. ff. de fluminibus ne quid in flumine publico.

§. 12.

Porro Res quæ feudo acquiruntur, sunt vel seculares vel Ecclesiasticae, res vero sacrae, sanctæ, religiosæ, publicæ, & aliæ quæ extra commercium nostrum sunt in feu-

B 2

dum

dum dari non possunt arg. §. universitatis §. sacra J. de verum
divisione §. 1. Inst. de iurislibus stipulationibus.

§. 13.

Res Ecclesiarum in feudum dari possunt supra dictum
§. II. excipiuntur tamen bona unde se alant ecclesiasticæ
personæ, & quæ antiquitas in feudum date non sunt. cap.
un. Episc. vel Abbat. 1. F. 6. in pr.

§. 14.

Res igitur Ecclesiarum incorporatae, & quæ sunt de men-
sa Ecclesiarum distinguimus ab illis, quæ ex liberalitate Regum
vel Principum profluxere, cum ecclesia plantata jam esset,
quarum commercium esse potest, & eas in feudare Præla-
to permisum d. c. un. in pr. de his qui feudum dare possunt
1. F. 1. CURT. p. 2. qu. 1. & 2. SCHNEIDW. p. 2. n. 6.
Sonsb. p. 8. n. 4. Et multo magis res in feudum dari so-
lita a Prælato reinfeudari potest, ut jam dictum, si Eccle-
sia tale feudum fuerit apertum, & quidem sine consensu
capituli, vel diligentia ac solenni super eo tractatu habito.
Cap. unic. qui successor. feud. dare teneantur. 1. F. 3. CURT.
p. 2. qu. 2. n. 1. DUAR. cap. 5. n. 4. BORCH. cap. 6.
n. 19.

§. 15.

Facere tamen id prælatus debet more majorum
juxta tenorem prime investituræ, cap. un. §. similiter v. pro-
fesso &c. De lege Corradi 2. F. 34. Cum & contractus feu-
dalium sit stricti juris cap. unic. de benef. fratr. SCHNEID.
p. 3. n. 33. cum seqq. Quod in tantum procedir, ut Præ-
latus etiam suis consanguineis, modo sint honestæ perso-
næ, ejusmodi feudum dare solitus sine precedente col-
legii tractatu, propria autoritate concedere possit. Et
hæc est communis opinio. ZASIUS p. 5. n. 51. & com-
muni Germaniæ consuetudine approbata. MYNS. cent. 5.
obs. 47. n. 4. & §. BORCH. cap. 6. n. 22.

§. 16. Si

Si autem res Ecclesiæ non est solita in feudum dari, & de novo aliquis de ea in vestitur, requiritur ad id faciendum non solum totius capituli consensus, & solennis tractatio c. ad naturam Extra de rebus Eccles. non alienandis Z. A. S. p. 5. n. 51. seqq. SCHNEID. p. 3. n. 1. Sed etiam consensus Episcopi, sub quo est monasterium, requiritur. STRUV. c. 6. §. 4. n. 1. seqq.

Postquam dictum hactenus de personis quæ feuda constituunt, & rebus quæ feudo acquiruntur: dicendum nunc est de modis, quorum superius mentio facta, per quos feudum acquiritur.

Primus modus feudum acquirendi est appropriatio, quæ nihil aliud est quam transmutatio allodii in feudum & vice versa. OBRECHT disp. 6. c. 4.

Caula efficiens appropriationis est, rei propriæ primus vel futurus dominus utilis: Hinc enim rem suam in alium nempe futurum dominum directum ita transfert, ut eam pro feudali ab eodem recognoscatur, & per consequens ex vero domino fiat Vasallus, & alterum pro rei feudalis domino agnoscat, quæ alias feuda oblata vocantur & cuius possessores non tam facile propter delictum ut certi vasalli, feudo privantur. Quod feudis imperii applicat. ITTER. c. 1. §. 12. Et STRYKUS asserit de omnibus fere Pomeraniæ, Marchiæ, Silesiæ & Mecklenb. feudis Cap. 2. qu. 16.

Materia appropriationis est res propria, quæ pro re feudali recognoscitur. Et hæc res diverso respectu jam propria, jam aliena dici potest. Propria dicitur, tam respectu primi quam secundi domini. Respectu primi, quia ante-

antequam hic eam feudalem faciat, ejus est, & appellatur propria. Respectu vero secundi domini, quia dum a primo domino scienter hæc res feudalis effecta, & in secundum dominum alienata est, eo ipso jam sit & dicitur ejus propria. OBRECHT *diff. 4. c. 5.*

§. 21.

Forma appropriationis requirit, ut primus Dominus sciat rem propriam esse, nam ignorantis nullus est consensus, & ut eam in alterum, verbis apertis alienet; Hic que eam pro sua accipiat. BURSAT. *conf. 46. n. 17.*

§. 22.

Finis appropriationis est, ut primus rei dominus a secundo domino, tam sui & suorum, quam rerum suarum defensionem atque tutelam consequatur. STRUV. *c. 7. sb. 10. n. 1. STRYK. c. 2. qv. 16.*

§. 23.

Effectus appropriationis alius est a parte primi, alias a parte secundi domini, a parte primi domini, est rei feudalis ususfructus. Sicut enim ante appropriationem rei sive plenum habuit dominum, ita appropriatione facta ejusdem solum habet usumfructum quendam sive dominium utile. At respectu secundi domini appropriationis effectus est rei feudalis proprietas sive dominium directum. Facta enim recognitione rei propriæ pro feudali hujus proprietatem ipse sibi acquisivit, adeo ut ob hanc jam alterius dominus esse dicatur, omniaque ea habeat, quæ domino feudi erga vasallum suum jure competere solent. OBRECHT. *Diff. 6. cap. 4.*

§. 24.

Secundus modus feudum acquirendi est in vestitura, ejus renovatio toties petenda ab illo qui succedit, quoties mutatio in persona domini vel vasalli contingit de qua §. 27. seqq. Est vero investitura & renovationis petitio sub missa & de yota vasalli a Domino vocati oratio, qua feudi in

investituram in obedientia & gratitudinis signum a domino postulatur. Est vel propria vel abusiva, illa dicitur qua rei feudalis possessio revera & actualiter in vasallum transfertur. Abusiva est, quæ sit verbis una cum actu corporeo, traditione videlicet baculi, sceptri, vexilli, gladii, hastæ, vel annuli L. u. w. in *synopsi Jurū feud.* p. 192. & 153. Præcedit investituram, si feudum novum, in vestituræ petitio, si feudum vero antiquum investituræ renovatio, quæ supra in hoc § descripta. Ultraque intra annum & diem, (facta mutatione, a die scientiæ, sub poena privationis, nisi juramento ratione ignorantia se purget) a vasallo fieri debet. STRYK. Cap. 17. qv. 12. & 13. Hoc prævio, a Domino dari solet vasallo breve testatum ein Wüth-Zettel / cui opponitur petitio vasalli Ansinngs Zettel. STRU V. c. 10. tb. 4.

S. 25.

~~Causa efficiens utriusque tam primæ investituræ, quam renovationis petitionis est vasallus vel alius, qui ejus mandato eam instituit, hæc enim petitio vel suo vel alieno nomine fieri solet; suo autem nomine recte investituram petit, qui & suo nomine feudum recte accipit, quia dum alicui feudum conceditur, eo ipso illi permittitur, ut ejus investituram petere queat: Alio vero nomine in vestituram quoque petere possunt omnes, qui & alieno nomine possunt accipere, quia alias acceptio feudi fieri non posset, siquidem per investituræ petitionem ad acceptancem feudi pervenitur.~~ OBRECHT. disp. 7. Joach. HAGMEIERI *synopsi J. feud.* cap. 5. §. 10.

S. 26.

Hactenus nonnulla de investituræ, & renovationis petitione, jam de ipsa investitura feudi, quæ nihil aliud est, juxta definitionem STRYKII cap. 12. In generali. n. 1. quam solemnis feudi collatio; quæ cum ex arbitrio Domini investitentis dependeat, illis signis expediri poterit, quæ domino adhibere luet,

S. 27, In-

Investitura est duplex, vel propria, vel abusiva. 2. F. 2.
princ. quæ distinctio modum investituræ respicit, p. ITTER.
c. 9. §. 5.

Investituræ causa efficiens sunt persoæ quæ investi-
turam feudi introducunt 2. F. 3. per quos fiat investit. Introducere autem investitiram feudi omnes possunt, qui & feudum conferre, & quidem dare investitaram feudi alii suo, alii alieno nomine possunt. Suo nomine conser-
runt dominus & domina; Alieno vero nomine investi-
turam conferre possunt, ut Cancellarius, Administrator,
Procurator, Tutor, & Curator 2. F. 3. per quos fiat investi-
tura.

Materia investituræ est res in feudum data & acce-
pta, circa hanc enim investitura tam propria quam im-
propria versatur, quia hæc per investitaram vasallo cedi-
tur: Et propterea, quæ res in feudum dari, vel non da-
ri possunt, de iis egimus supra §. II. seqq.

Ad investituræ propriæ formam quatuor requisita
exiguntur, quorum primum est, ut Dominus voluntatem
suam declaret, cui nimirum & quibus modis, vasallo, rei
feudalis possessionem cedat, veluti si dicat: Do tibi hoc
prædium in feudum. ROSENTH. de feud. Vol. I. c. 6. qu. 2.
Alterum quod in hac investitura requiritur est, ut rei feu-
dalnis possessio vere & re ipsa vasallo cedatur, in hoc enim
specifica hujus investituræ differentia consistit, nam hoc
casu propria investitura fieri intelligitur, quia hoc ipso
rei feudalnis possessio in investitum transfertur. Ut
traduit ISERN. n. 1. AFFLIC. n. 4. ALVAROT. n. 7.
& BARO SCHENCK n. 4. 2. F. 2. Tertium est, ut Domi-
nus Vasallo sub conditione fidei, rei feudalnis possessionem
cedat.

cedat. OBR. disp. 8. c. 8. de *fidei*. Quartum & ultimum requisitum est, ut fiat coram certis personis. OBR. d. l. de *feudio*.

S. 31.

In forma Impropræ feudi investituræ ibidem quatuor requisita exiguntur. Primum est, ut Dominus vasallo insigne aliquod corporale porrigit, quod esset nota & insigne cooptati vasalli, ut collati feudi: sicut enim variae sunt feudorum species, sic etiam variae sunt infederationis notæ 2. F. 2. HOTT. Disp. 23. VULT. de *feud.* lib. I. C. 7. n. 29. segg. Alterum quod in forma inpropræ investituræ requiritur est, ut dominus porrecto aliquo insigni corporeo dicat, se cum hoc signo ei rem in feudum promissum conferre. 2. F. 2. in pr. Tertium est quod coram certis quibusdam personis fiat. 2. F. 2. in pr. Quartum & ultimum requisitum, quod in hac investitura inpropræ exigitur, est, ut vasallus investiatur sub conditione fidei OBR. disp. 8. c. 8. ib. 161.

S. 32.

Finis utriusque investituræ est, ut hujusmodi res in feudum vasallo cedatur, feudum enim sine investitura non transfertur 1. F. 25. quibus modis feudum const. potest.

S. 33.

Propriæ investituræ effectus est, quod per eam jus feudi ita in vasallum transferatur, ut re fidelali pro lubitu sine tamen deterioratione uti ac frui possit. Quod si usus ei præcludatur, quia res sit evicta, tum aliud feudum ejusdem bonitatis seu quantitatis vel ejusdem estimationis restituendum est, aut pretium quod ex sententia judicis victori vasallus exsolvit, refundendum. 2. F. 8. §. 1. 2. F. 25. in verbi vel numeris. Inpropræ investituræ effectus est, si vasallus ad traditionem rei feudalnis agit, ut dominus tradere teneatur atque vasallum in possessionem feudi

C

mit-

mittere, quod si differat, etiam omnem utilitatem, i.e. intereste præstare cogitur. 2.F. 26. §. si facta 1. Feud. 4. in pr. 2. F. 7. in fine. De investituræ effectu. vid. late LUDW. in synopsi. 3. Feud. cap. IXX. p. 163. 164. 165. usque ad 172.

§. 34.

Huc usque de acquirendi feudi primo & secundo modo, sequitur jam tertius acquirendi modus, qui agit de successione. Successio feudalis est & consistit in linea descendientium & aliquando collateralium; Descendentum enim appellatione veniunt liberi legitimi & naturales simul. Liberorum autem nomine non solum filii, sed largo etiam nomine nepotes, & pronepotes & sic in infinitum, modo ex filio non etiam filia nativerint, intelliguntur. Et hacten jure feudali soli filii succedunt, foeminae vero excluduntur. 2. F. 11. & 50. LUDW. p. 206. sugg. Quid studendum sit de liberis legitimatis satis docte allegatus LUDWEL. deducit, & hisce verbis huic materia p. 2 II. colophonem imponit: Manet ergo verum in feudis non succedere, nisi liberos naturales & legitimos simul.

§. 35.

Collaterales in antiquo tantum feudo succedunt; primo quidem fratres soli in capita, cum prædefunctorum, fratribus liberis in stirpes: reliqui vero agnati post defuncti fratres eorumque filios lineâ gradu proximi æquilateri, in infinitum usque admittuntur arg. §. 4. in f. Inst. de legit. agnat. successione. MYN. cent. 3. obs. 94. in f. STRUV. cap. 9. §. 7. 2. F. 50.

§. 36.

Successio duplex est Testamentaria, quæ ex testamento, & legitima, quæ ab intestato desertur. Testamentaria regulariter hoc loco ipso jure nulla 1. F. 8. c. eß auem §. 2. 1. F. 9. CURT. JUNIOR. p. 4. n. 126. GAIL. 2. obs. 154. n. 13. ROSENTH. de feudis consil. 2. n. 7. sugg. RIT.

RITTERSH. lib. I. c. 12. q. 7. De communi DD. opinione testatur GAIUS. 2. de pace publ. c. 12. n. 5. Except. vide apud LUDW. p. 181.

S. 37.

Hic queritur, si controversia incidat inter foemnam, & dominum vel agnatos, de re aliqua a defuncto relicta, quid interim de possessione statuendum sit? Et siquidem dubium est utrum res feudalis sit nec ne? apud filiam possesso relinquenda est per textum expressum in c. si de feudo §. inter filiam 2. F. 26.

S. 38.

Satis §. 25. seqq. de investitura egimus, quæ jure feudorum est introducta, hoc vero & seqq. paragraphis agemus, de alia, quæ jure feudorum est incognita, & in Saxonia multis locis usitata, hanc vocant simultaneam investitram, quæ fit conjuncta manu, die Mitbilehnshafft oder die gesamte Hand an einen Gute haben. Cum jure Saxonico inter collaterales in feudis nulla esset successio, ideo inventa est ratio, qua succedendi jus non solum agnatis, sed etiam personis penitus extraneis concederetur, ut videlicet, qui ad successionem alicujus adspirant, cum ipso consentiente simul se investire curent, unde simultanea investitura; qua de causa possessio feudi, & alter qui simul est investiendus, de futura successione inter se pacificuntur, & alter alteri succedendi facultatem re promittit. Hart. P. 1. quest. Jur. Lib. 2. p. 2. qu. 10. in pr. Unde ex hoc pacto jus succedendi simultanee investitis competit, adeo ut licet in instrumento investituræ simpliciter dictum sit: Hoc simul investitos esse debere, vel alieui conjuncta manu concessam esse. Das enim die gesamte Hand gelichen, quod hoc ipso sine alia expressione, succedendi jus datum intelligatur. Hart. P. 1. d. qu. 20. n. 6. Et hoc pactum idcirco subsistit, quia fit omnium illorum consensu, quorum interest, & quia pene ubique inveterata con-

C 2 sue.

suetudine est confirmatum, ut merito pro jure servetur.
Nec est quod aliquis hoc pacatum, tanquam a jure civili de-
clinans, impugnet, quia, et si Legum Romanarum non sit
vitis authoritas, tamen non adeo vim suam extendunt, ut
aut usum, aut mores vicant. 2. F. 1. de feud. cogn.

§. 39.

Est vero simultanea investitura, quando Dominus
consensu vasalli alium de eodem feudo investit, eique jus
succedendi tribuit. STR YK. c. 12. qu. 42.

§. 40.

Simultanea investitura causa efficiens remota est
consuetudo. P 15 T. Lib. 2. p. 2. qv. 20. pr. Propinqua vero
est Dominus feudi,

§. 41.

Forma simultanea investitura in eo consistit, primo
ut Dominus feudi directus consentiat. Hartm. P 15 T. Lib.
2. p. 2. qv. 20. in fine pr. Secundo, ut ultra consensum
possessionis etiam simul investiti vel investorum adsit vol-
untas atque scientia. 2. F. 23. in qnibus causis. Tertio ut
hac investitura secundum specialem cuiusve loci ritum
fiat; quia cum hac investitura juri feudorum in cognita, &
consuetudine introducta sit: merito non generalis forma,
jure feudali constituta, sed ea forma obseratur, quæ in
quovis loco longo usu observari solet, hæc enim ante om-
nia est attendenda. PARIS. Conf. 13. n. 53. vol. 1. Quarto
ut illis fiat verbis, quo ex iis constet, unum vel plures,
cum alio simultaneo esse investitos. O B R E C H T Diff. 8. c. 9.

§. 42.

Finis hujus investiturae est conservatio familiæ, ut
omnes simul feudum habeant, & sibi in vicem succedant.
Id. c. 1.

§. 43.

Effectus simultanea investitura est triplex. Primus
& Principalis est reciproca obligatio, seu communio qui-
dam

dam ad jus succedendi quod attinet. *Pist. p. 2. qv. 20.*
n. 2. vers. unde plerunque & in subj. cons. n. 22. Alter effectus
 est, quod jus ex simultanea investitura quæsitum, non so-
 lum personam investiti respiciat: sed etiam utrinque ad des-
 cendentes tana ejus, qui hanc investitram impetravit,
 quam alterius cum quo alter investitus est, transmittatur.
Hartm. Pist. d. qv. 2. n. 7. Tertius effectus est jus re-
 tractus, quod tamen anno & die præscribitur. *2. F. 26. §.*
Struv. c. 14. tb. 12. n. 3. Et actio revocatoria. Si enim pos-
 sessor feudum alienaverit, & juri retrovenditionis præ-
 scriptum sit, tamen investiti a tertio possessore feu-
 dum revocare possunt: *2. F. 26.* nisi in litteris investituræ
 forsitan hæc vel alia clausula reperiatur: *Dass Sie nach den*
unter sich aufgerichteten Alten und von Uns nempe Domi-
no feudi, ratificirten Vergleich und anders nicht/ die
gesampte Hand haben sollen. Nam eo casu non admittuntur,
nisi primo hocce pactum superiorum suorum producant, ut
judex accurate sciat, num in una atque altera parte, vel
ejus loco in certæ pecunia summa, Lehn/Stamm/ an vero
in omnibus omnino partibus feudi succedant, nam res
aliqua potius allodialis quam feudal is habetur, quia om-
nis res pristinam suam naturam habere præsumuntur, &
feudi constitutio est facti. *Ritter. lib. 2. c. 2. qv. 20.*
Struv. cap. 16. tb. II. ANT. Disp. 15. tb. 7. LUDW. pag.
38. cap. 2. in f. & ibi comulus DD. & LL. Hinc interim, do-
 nec res probata sit feudal is, tertius bona fidei possessor
 (præsumit vero ille qui consensu domini, vel multo ma-
 gis si ipse Dominus a Vasallo emerit) in possessione ma-
 net. *2. F. 26. §. 2. Dec. Sax. noviss. 39.*

§. 44.

Quid dicendum de melioramentis feudi? Meliora-
 menta feudi censentur jure allodialium. *Sibrad. cap. 2.*
n. 25. & P. 10. scđ. 18. n. 127. Hinc vasalli heredes, vel ter-
 tius possessor, eadem repetere poterunt, & filiabus hoc no-

(22) 20
mine competit jus retentionis. M E V. p. 3. D. 368, C A R P Z,
p. 3. C. 31. d. 3.

§. 45.

Denique ultimus acquirendi modus nempe præscrip-
tio adjiciendus, quâ vel a parte domini, vel a parte vasal-
li, ad feudi acquisitionem pervenitur, a parte enim Domini
præscriptione feudum acquiritur, si dominus per tringinta
annos alicujus rei nomine, quæ re vera libera erat, feudalia
servitia a vasallo receperit. I. F. ult. 2. F. 9. s. i. A parte
vero vasalli, ut feudum præscriptione acquiratur, ut is rem
aliquam non feudalem, tanquam feudum per triginta an-
nos possideat, & eo nomine ei, cuius res est, vel esse puta-
tur, servitium exhibeat, requiritur. O BRECHT. disp. 6.
cap. 6. c. si de feudo s. si quis per 30. 2. F. 26. c. in beneficio
2. F. 87.

§. 46.

Dominus libertatem contra vasallum præscribere
potest, si possessionem rei feudalis adeptus sit, cumque per
continuos 30. annos sine contradictione vasalli & agnato-
rum obtinuerit. Ratio hujus decisionis est, tum, quod res
quælibet facile ad naturam suam revertatur. arg. §. cum in
suo 30. in f. 7. de rerum divisiōne. tum, quod usus fructus
etiam non utendo, per legitimū tempus amittatur, & cum
dominio consolidetur. l. placet 25. ff. quibus mod. usufr. amitt.
l. corruptionem 16. C. de usufr. Myns. cent. 4. obs. 28. E contra-
rio & vasallus contra dominum suum directum dominium
præscribere potest, si per 30. annos dominus servitia, cum
iis necessario egeret, non exegerit, & vasallus rem feudalem
bona fide, non ut feudalem, sed tanquam suam & allodialē
possederit. arg. l. i. & 2. C. de long. temp. præscript. l. fin. C. de
bis qui a non domino manumiss. uti libertas servi, si mala fi-
des non obstat, certe tempore præscribitur. BOCER. D.
14. ib. 50. Adde ROSENTH. c. 6. concl. 82. Non obstat
igitur, quod vasallus pro alieno possideat, & mala fide.

VULT.

VULT. c. 9. n. 18. RITTERSH. c. 18. qu. 10. HUNN. c. II.
inf. Nam hoc interminis terminantibus conceditur, cum
 non aliter præscriptionem admittamus, quam, si vasallus
 bona fide rem feudalem pro sua per 30. annos possederit.
 Alias, si Vasallus tanquam Vasallus, rem feudalem possideat,
 facile largimur, cum nullo unquam tempore dominium di-
 rectum præscribere posse deficientibus quippe plerisque
 ad veram præscriptionem necessariis. arg. l. acquiruntur 10.
 §. fin. ff. de acq. rerum dom. & §. 4. 7. per quas person. cuique ac-
 quir. Denique & illa quæstio hic attingenda est, an etiam
 extraneus feudum, quod citra domini & agnatorum con-
 sensum alienatum fuit, præscriptione 30 ann. sibi acquire-
 re, & dominum vidicare volentem excludere posse? Et
 Affirmat positis ponendis GLOSS. in c. hac sunt §. præterea
 2. F. 40. ibique ALVAROTT. n. 3. BALD. n. 4.
 WURMSER. in obs. pract. f. de feud. obs. 13. BORCH. f. 7.
 p. 3; n. 13. SCHRAD. p. 5. c. 4. n. 9.

CAP. II.

DE

FEUDI AMISSIONE.

§. 1.

DE feudi acquisitione hoc usque pro ratione instituti
 nostri satis dictum est: super est autem altera hujus
 disputationis consideratio, quomodo videlicet illud ipsum,
 quod semel acquisitum, iterum amittatur. Cum enim pri-
 vatio præsupponat habitum, & amitti nequeat, quod antea
 acquisitum non fuit, ita hæc quæ de ammissione feudi, est quæ-
 stio, natura & ordine est posterior. Quemadmodum au-
 tem contractus ipso jure nullus est, in integrum restitutio
 frustra postulatur, ita de feudo amittendo frustra queretur,
 si illud jure ante non constiterit.

§. 2. Mo-

Modos autem seudi amittendi non tantum ex re ipsa, sed etiam ex personis sumendas esse constat, ex re, quan-
docunque feudum una cum rei interitu, in qua id consti-
tutum est, etiam ipsa interit. Sublata enim re in qua ut-
pote suo subjecto jus aliquod est, ipsum etiam jus tanquam
ejus rei adjunctum tolli ipsa suadet ratio Logica. Multis
autem modis res aliqua interire potest, puta incendio,
chasmate, terræ motu, item inundatione, item calamite-
tate belli, cum prædia occupantur ab hostibus. *VULT.*
Lib. i. c. ii. de feud. Deinde morte vasalli, si eo defuncto
nemo super est alius, cui jus succedendi in feudo ex investi-
tura competit. Tum enim feudum ad proprietatem re-
vertitur, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus inci-
pit plenâ in re habere potestatem, etiam, ut de usu fructu, cui
feudū non est absimile libere disponat *VULT. d.l. de feudi.* Et in
genere ex quibus causis donatio revocatur, filius exhæreda-
tur, & si quæ sint ejus causis similes, vel etiam graviores,
ex iisdem etiam feendum amittitur. 2. *F. 23. NIEL. Disp. 8.*

§. 3.

Hactenus de amissione in genere, jam vero de illa
materia in specie agendum. In specie vero vasallus feendum
amittit (1) Si renovatio investitura, Domino vel va-
sallo mutato, intra annum & diem non fuerit petita, ut
supra §. 24. c. i. jam dictum fuit. 1. *F. 24. 2. F. 52. 2. F. 55. VIGEL.*
cap. 5. Conf. Exc. ii. (2) Resumptione (3) Alienatione
Domino non consentiente (4) Deterioratione insigni
(5) Ingratitudine (6) Inabilitate personæ (7) Ob-
erimen publicum, quo in Regno & Provinciis Regis Boru-
sia etiam pertinent Duella vid. *Duel. Edict.* ut alias cau-
sus silentio transeam.

§. 4.

Ex parte Domini inter alias causas amittitur feendum
(1) Consolidatione (2) Negatione investitura intra an-
num

88 (15) 28
num (3) Abutendo subditis vasalli. Et in generē ex quibus Causis Vasallus Dominium utile, ex isdem ferē etiam Dominus Feudi Dominium directum amittit, positis tamen terminis habilibus.

S. 5.

Juxta institutum nostrum §. 3. h. c. de amissione feudi ratione omissæ renovationis satis est actum, ideo non nulla juxta ordinem de refutatione (quaer feudis nihil aliud est quam cessio) adjiciemus, qua sit vel domino, etiam invito, ARUM. D. 7. t. 26. ROSENTH. c. 9. cont. §2. n. 19. & 20. modo non fiat, intempestive. STRYK. c. 21. qu. 12. in præjudicium descendentium, nisi abstineant hereditatem. CARPZ. p. 2. t. 4. d. II. Vel descendenteribus tam in novo quam antiquo feudo, eosque Dominus investire cogitur, quoniam utriusque successio iis debetur. c. quidam 2. F. 14. BORCH. c. 8. n. 58. RITTERH. c. 2. q. 22. Agnatis vero non nisi antiquum feudum retere refutatur; cum feudum novum filii non extantibus domino aperiat, & refutatio ei, qui jus succedendi non habet, facta pro alienatione habeatur. BORCH. c. 8. n. 56. Fieri autem debet hæc refutatio agnatis proximis, iisque omnibus ad quos solos & quidem omnes æqualiter successio pertinet. Remotioris enim gradus, vel etiam certis ex proximioribus refutatio non aliter fieri potest, quam si reliqui proximi ex presse consenserint, vel per annum a die scientia tacuerint: cum invitatis ipsis jus per primam investituram quæsum, auferendum non sit. arg. I. II. ff. de R. J. Hinc si facta remotiori fuerit refutatio, proximior agnatus jus protimiseos habet, ut vivo etiam unum vasallo refutante, pro æquali pretio redimere feudum possit, si refutatio pretio accepto facta sit: si vero gratis, mortemquidem ejus expedire cogitur, cum non videatur interesse, utrum ipse qui refutavit, an alias eo fruatur, mortuo tamen eo refutatio expirat, & feudum ad proxi-

D

mos

mos agnatos devolvitur c. si de feudo g. Titius si de feudis defunctis. 2. F. 26. RITTERSHUS. c. 2. qu. 26.

S. 6.

Aliena di verbum large & extense accipitur pro omni actu, per quem dominium illicite transfertur l. 28. de V. S. & ibi DD. MYNS. cent. 6. obf. 30. n. 8. Quapropter vasallus prohibetur donare feudum, etiam ad pias causas r. 9. §. 1. F. 2, Nemo enim de alieno liberalis esse debet, & furti species est, dealieno largiri. l. § 4. S. I. ff. de furtu. SONSE. p. 12. n. 154. Ex eadem ratione vasallus feudum non potest vendere. 2. F. 25. & 55. MYNS. obf. 30. n. 1. permittare. SCHRAD. c. 1. n. 30. in dotem pro filia dare §. donare 2. F. 9. MYNS. cent. 4. obf. 36. FACHIN. l. 7. contr. c. 71. In Emphyteusin vel in solutum concedere. BORCH. c. 8. n. 38. ZASIUS. p. 9. n. 4. compensare. SCHRADER. c. 1. n. 30. in f. oppignerare. 2. F. 8. & 55. Tamen vasallus feudum recte alienat, neque eo privari potest, si Domini & agnatorum consensu expressus vel tacitus accesserit. 2. F. 52. CARPZ. Vol. Dispt. H. P. 7. de jur. feud. Dispt. 7. de jure comp. vas. ex feud. pos. 27. ROSENTH. concl. 28. seqq. FACHIN. l. 7. contr. c. 80. Idem obtinet si rem venditam, vel alio modo alienatam non tradiderit, quia tunc perfecta non est alienatio 3. F. insin. vers. callida. ibi in alios transferunt SONSBEC. p. 12. n. 9. 9. Tertio si vasallus in agnatum proximiorem, qui omnino est successurus feudum transferat, SONB. p. 12. n. 9. 4. PIST. lib. 1. qu. 9. n. 18. seqq. Quarto si vasallo pro se & quibus ipse dederit, feudum sit concessum. 2. F. 48. FACHIN. l. 7. contr. 82. Quinto si consuetudo loci permittat, ut feudum absque Domini consensu alienetur. ROSENTH. concl. 39. SONSBEC. p. 12. n. 9. 5. & seqq. ubi contra hanc consuetudinem prolixè disputat. De speciali privilegio quo gaudent vasalli Silesiae attestatur STRYK c. 19. qu. 2. Sic in Lusatia nobiles ex priv. FERD. I. Feuda sibi invicem sine consensu vendere possunt, sed non extra nos. STRYK c. 4. qu. 53. Sexto si vasallus clausulas salutares

alie-

alienationi adjiciat, scilicet si domino feudi placuerit, si ille consenserit, & similcs. FACH. lib. 7, contr. c. 85. Sept. alienatio procedit in Subinfeudatione.

S. 7.

Effectus prohibitæ alienationis est, quod alienans accipienti non teneatur de evictione, modo is sciverit rem fuisse alienam & feudalem. 2. F. 8. & ibi DD. Imo pretium quoque quod pro feudo datum est perdat emptor. 2. F. 52. & 55. vers. nos vero &c. ibique Doctores. Notarius præterea, qui super ejusmodi alienatione sciens instrumentum conficit, ab officio cum infamia removetur. 2. F. 55. in f. Atque alia insuper gravi poena afficitur. 2. F. 55. in f. & ibi SCHENCK. n. 3.

S. 8.

Sed quia emtor sciens pretium perdit, posset queri, cui id acquiratur, an forsan venditori vasallo? Et hoc negatur 2. F. 52. vers. presio, ex ratione alias communi, quia nemo ex dolo commodum sentire debet: Itaque applicatur fisco, & feudum præterea reddit ad dominum. 2. F. 55. Notarius porro etiam amputatione manus punitur. 2. F. 55. f. Sed novissima de Notariis MAXIMILIANI Constitutio de Anno 1512. in simili negotio poenam permittere videtur arbitrio judicis, STRUV. c. 13. apb. 9.

S. 9.

Quarto feudi amittendi causa est deterioratio qua in duobus potissimum capitibus est posita, in prædio ipso & hominibus ac subditis. Ut autem utroque in casu feudum amittatur, tria conjunctim requiruntur (1) ut dolo vel culpa rem deteriore fecerit. c. sancim. de feud. sine culpa non amittend. 1. F. 21. c. sancimus §. fin. quo temp. mil. invest. pet. deb. 1. F. 22. Dolus autem ex eo arguitur, si vasallus a domino admonitus, non resipiscat, nec a deterioratione desistat. c. imperial. §. 5. 2. F. 52. Quam tamen admonitio nem necessariam non esse, si alunde de dolo constare possit,

verius videtur. RITTERSH. c. 5. q. 69. quamvis DD. communiter eam omnino adhoc, ut feudum auferri possit, requirant. Egyd. Boss. intr. erim. t. de Pr. & ejus Privileg. n. 56. SCHRAD. c. 6. n. 67. BORCH. c. 4. n. 130. (2) ut notabilis & insignis sit ea deterioratio. c. Obertus. ibi: *agregia ingratitudinis causa &c. in quibus causis feendum amitt.* 2. F. 23. 2. F. 24. §. 2. Veluti si vasallus villam feudalem, gravi damno feudi diruat. arg. l. 13. §. 4. ff. de usufr. arbores fructiferas incidat. arg. l. 13. §. 4. & l. 45. §. pen. ff. de jure fisco. subditos male & crudeliter tractet. c. Fridericus p. 5. de pac. tenend. 2. F. 27. & arg. §. ult. 3. de his quisunt sui velaciensi juris. ZASIUS p. 10. n. 55. SCHRAD. c. 6. n. 61. BORCH. c. 8. n. 129. ROSENTH. c. 10. consil. 33. n. 45. (3) Requirunt ut ad perpetuam rei feudalismi jaclitram deterioratio illa pertineat. SCHRAD. c. 6. n. 69. VULT. c. 11. n. 39. & ibi allegati DD. Verum tertium hoc requisitum placitis feudalibus convenire non videtur: tum quia vasallo, nequidem feudi conditio-
nem in qualitate deteriorem facere licet. c. cum de re §. res autem & §. e contrario 2. F. 8. tum quia vasallus, qui culpa sua efficit, ut ex feudi fructibus servire domino nequeat, feudo indignus est. c. imperialia. 2. F. 52. c. imperiale de prob. feud. al. per. Frider. 2. F. 55. Quod nec RITTERSH. dio displicere videtur. c. 5. q. 69. Vid. Omnitio STRYK. c. 23. qu. 24. seqq.

§ 10.

Quinta feudi amittendi causa est ingratitudo, quæ latissime patet, adeo, ut ex causis jam expositis, quædam sub hoc comprehendendi quodammodo possint, & a nonnullis comprehendantur, ut prætermisso petenda investituræ, alienatio &c. Huc vero referri possunt & a feudislis referuntur (1) si manus impias & violentas, sive per se sive per alium in dominum vasallus ingesserit. 1. 24. §. 2. ver-
porro ibi, vel impias manu, nempe si eum vel interficiat,
vel

vel vulneret, vel alapam ei infligat. SONSB. p. 12. n. 35. in
f. VULT. c. II. n. 25. An idem sit, si manum solummodo
erigat, quasi dominum percussurus; Et si iteratis vicibus
id fecerit, puniendum eum esse DD. affirmant. arg. I. 15. §. 1.
ff. de injur. SCHRAD. p. 9. c. 4. n. 47. seqq. ROSENTH.
concl. 20. n. 53. seqq. (2) si vita domini veneno, gladio vel
alio quoquaque modo fuerit insidiatus. f. 24. 2. inf. 9. ff.
vulneris iur. §. 1. F. 2. SCHRAD. c. 9. n. 27. seqq. (3) Si vasal-
lus dominum in juste & sine culpa carceri inclusum, cum
id sciret, & posset, non eximaat. 2. F. 24. §. 2. F. 32. §. final.
BORCH. c. 8. n. 113. (4) si vasallus tribus vicibus ciratus ju-
ramentum fidelitatis domino facere detrectet 2. F. 24. §.
EST & alia. SONSB. p. 12. n. 4. Huic proxima est si vasallus
vocabus servitium praestare nolit, quæ domino debentur. 2. F.
24. §. 2. ver. sed non est alia: VULT. c. II. n. 22. (5) Si pra-
lio pugnante adhuc vivum, nec lethifere vulneratum
dominum perfide deferat. t. 5. in pr. t. 17. & t. 21. in F. 1. & t.
24. §. F. 2. BORCH. c. 8. n. 86. seqq. Utrum autem vulnus
lethale fuerit ex certis indiciis eliciendum est, quæ hic lo-
lent a DD. proponi. Idem obtinet si extra bellum dominum
in vita periculo constitutum non juvet arg. I. 26. & liet &
t. 29. §. fin. F. 2. Quod in formula fidelitatis satis expressum
est. t. 6. & 7. F. 2. SONSB. p. 12. n. 12. (6) Si cum Domini
inimicis in illius detrimentum amicitias contrarerit. 2. F.
57. ZASIVS. p. 10. n. 32. SONSB. p. 12. n. 43. & seqq. (7) Si
hostibus domini opem tulerit, literas vel nuncium ipsis ini-
ferit, annonam arma, iter & transitum per territorium su-
um concederit, aut munitiones tradiderit ROSENTH. c.
x. concl. 39. n. 39. (8) Si domino transitum cum exercitu
per viam publicam denegaverit, per l. injuriarum §. suis 7.
ff. de injuria. Enim vero si vasallus tenetur dominum con-
tra hostem juvare, transitum quoque ei denegare minime
poterit, SCHRAD. c. 4. n. 33. ROSENTH. concl. 37. n. 30. (9)

D 3

Si

Si domini literas parum honorifice exceperit, & in contemptum illius dilaceraverit: Item si domini insignia dolente & sine causa sustulerit. ROSENTH. concl. 37. n. 28. & seqq.
 (10) Si delator domini sui extiterit, atque ita grave damnum ipsi intulerit, t. 24. §. 2. *vers. item si* SONSB. n. 46. BORCH. n. 12. Delator autem propriis est, qui rem' ad fiscum pertinentem, preemii causa fisco denunciat (11) Si dominum vel accusauerit ipse, vel alium ad accusandum sollicitaverit; si contra eum testimonium dixerit. t. 31. §. 1. *vers. simili* liter F. 2. SONSB. p. 12. n. 47. & seqq. vel advocatione egerit. ZASIVS. p. 10. n. 42. (11) Si vasallus cum uxore dominilicubino vixerit, aut cum ea turpiter luferit, vel in honeste osculatus cum fuerit. t. 5. t. 17. & t. 21. F. 1. Quod de illius sponsa quoque veram esse nonnulli volunt. In concubina autem vidua quid juris sit, docet. VULT. n. 21. (13) Si filiam, nurum, neptem ex filio, matrem, vel sororem domini innuptam! stupraverit. t. F. 5. & 2. 4. Hoc alii etiam de stupro attentato & nondum commissio interpretantur. (14) Si in odium & contumeliam domini, gravi & in honesta injuria sive reali sive verbali lacefferit reliquos domini consanguineos, domesticos, cofoederatos, nuncios, t. 7. *ibid.* *munguam ex pers.* & c. F. 2. SCHIRAD. p. 9. c. 4. n. 3. 4. seqq.

S. II.

Sexta est causa vitium personæ, quô vasallus inhabilis est ad seruitia præstanda, si sit mutus, surdus, &c. c. 2. F. 21. §. 7. 2. F. 50. 1. F. 6. §. 3. Qui natura, vel lege, vel conventione inhabiles dicuntur, de his vid. STRYK. cap. 15. qu. 16. seqq. & STRUV. cap. 9. ib. 10. ubi & de superveniente post acquisitum jam Feudum defectu tractant.

S. 12.

Septimana & nobis ultima causa feudum amittendi est crimen publicum, quo inter alia spectant, Parricidium, fra-

32 (31) 28

fratricidium &c. Crimen læsa Majestatis in Deum & hominem, incestus, proditio, de quibus omnibus vid, feudis & suis locis.

Atque hæc de causis amittendi feudi quo ad vasallum, nunc de ipso domino, de quo jam antea §. 4. h.e. dictum est, illum ex hiisdem causis dominium directum fere amittere, ex quibus causis vasillus dominum utile perdat, cui tamen adjiciendum, quod notanter diximus fere, quia (1) dominus vasallo non præstat juramentum (2) quia dominus rei feudalis proprietatem vasallo invito, pro modica pecunia alteri oppignorare potest. BORCH. n. 140. (3) quia vasallos alienando in alium transferre potest, nempe si totum territorium vel universitatem, in qua vasalli consistunt, disfraxerit, ita enim cum universitate transeunt, quæ per se alienari prohibentur. ROSENTH. t. 12. oend. 20. n. 21. Et si hæc universi alienatio sive cessio vasallo fit, eo ipso sine dubio etiam consolidatio fit. LUDW. p. 380. Ne aliarum speierum consolidationis mentionem faciam.

§. 14.

Secundo dominus proprietatem feudi amittit, si vasallum investituram petentem, intra legitimum tempus non investierit. LUDW. p. 378. & ibi allegati DD. & LL.

§. 15.

Quomodo denique tertio Dominus amittat proprietatem, subditos vasalli male tractando, hoc videre licet in decis. 62. Guido Pap.

§. 16. Ex.

(32) **S. 16.** *Prædictum est vobis quod omnes qui credunt in Deum et servant
iustitiam regnū cœli possident in seculum et in seculum.*


Explicatis causis quibus a parte vasalli usufructus, & parte domini proprietas feudi amittitur, super est ut binis verbis dicamus ad quos utrumque devolvatur vicissim.

S. 17.

Et vasallus quidem si ob vitium corporis feudum perdat, tum illud ad liberos & descendentes ejus vel etiam Agnatos pertinet, his deficientibus, ad dominum revertitur. Debet tamen vasallo, si ipse egenus fuerit, feudum vero magnum, ex eo suppeditare aliquid, unde se tueri & alere possit. S. F. 6. §. 2. & ibi DD. Zasius p. 8. n. 68. Dominum directum quod attinet, an & quomodo per alium modum, nisi per extirpationem familie, ipsius Domini, extingui possit dominum directum docet. STRUV. c. 15. §. 3.

SOLI DEO GLORIA.






ULB Halle
005 355 370

3





D. B. V. 1710, 5
22
22

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
FEUDI ACQUISITIONE ET
AMMISSIONE

Quam
DIVINA AUXILIANTE GRATIA
RECTORE HUJUS UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO DOMINO,
DOMINO
PHILIPPO VVILHELMO,
S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,
SACRAE CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO INTIMO & CAMERARIO,
nec non METROPOLITANARUM ECCLESIARUM, MOGUNTINÆ & TRE-
VIRENSIS CANONICO CAPITULARI SENIORE, & respectivè
SUPREMO CHORI-EPISCOPO,
EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIO INTI-
MO ac CIVITATIS TERRITORI^{um}que ERFFURTENSIS PRO-PRINCIPE, &c. &c.
DNO NOSTRO GRATIOSISSIMO,
CONSENSU ET AUTORITATE AMPLISSIMI
JCTORUM ORDINIS
IN ALMA AC PERANTIQUA ELECTORALI ERFFURTENSI ACADEMIA,
SUB PRÆSIDIO
DNI ERNESTI TENTZELL,
J. U. D. P. P. FAC. JUR. pt. DEC. nec non JUDICII ELECTO-
RALIS MOGUNTINI PROV. ASSESSORIS ET SYNDICK
GRAVISSIMI,
publice exhibebit
JOHANNES MEYER, Magdeb.
IN AUDITORIO COELICO
Ad diem XXIII. Sept. Ann. MDCCX.
horis confuetis.

ERFORDIÆ,
TYPIS FICKELSCHERRIANIS.